

**Dissertatio inauguralis medica de catarrho suffocativo ... / [Johann Christoph Hert].**

**Contributors**

Hert, Johann Christoph, 1649-1731.  
Justus Liebig-Universität Giessen.

**Publication/Creation**

Giessae : Typis Friderici Kargerii, [1673]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/aft935p9>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

ANNUE JESU:  
DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

*De*

CATARRHO  
SVEFFOCATIVO,

*Quam*

DECRETO & AVTHORITATE  
Nobiliss. & Gratosissimæ

FACULTATIS MEDICÆ,

*In*

ILLUSTRI ACADEMIA LUDOVICIANA,  
PRO LICENTIA

Summos in Arte Medica Honores & Privilegia Doctoralia  
rite & legitimè impetrandi,

*Solenni*

MAGNIFICI & EXCELLENTISSIMI  
SENATUS ACADEMICI

Examini loco horisque conluctis


*submittit*


JOHANNES CHRISTOPHORUS HERTZ/  
Nidercleensis.

*Ad diem 24. Julii, Anno 1673.*

---

GIESSÆ, Typis FRIDERICI KARGERI.





## PROOEMIUM.

**N**on est animus, tantâ argumentum aliquod industria, & prolixo sermone pertractare, ut quicquid de illo dici vel scribi potest, in justis operis formam cogatur. Ab instituto nostro hoc longè est alienum, qui discipulandi potius materiam disquirimus: Hanc suppeditabit nobis **CATARRHUS SUFFOCATIVUS**, cujus sive rem ipsam consideres, sive Recentiorum hypothesen, quibus explicari hæc consuevit, conferas, fateberis mecum, *Lector Benevole*, arduum me suscepisse negotium, quod nec ipse diffiteor; spero tamen, licet ubique rem acu non tetigero, veniam mihi daturam esse humanitatem tuam, meumque discendi ardorem cordatioribus haud improbatum iri, quippe quem **GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ AUTORITAS**, cujus jussu Inaugurale hoc specimen sisto, imprimis animavit. *Annuat Deus Ter Optimus Maximus* conatibus nostris, illosque in Nominis sui gloriam, proximique emolumentum clementer dirigat. Sit igitur

Definitionem Nominalem ac Realem  
exhibens.

**H**OC Medicina cum aliis scientiis commune habet, ut, præmissâ nominis enodatione, ad rem ipsam aditum sibi præmuniat, quod, ne in præsentī materia neglexisse videamur, quædam de ὀνοματολογία præfari lubet. *Etymologiam* quod concernit, vocabulum *Catarrhi* origine Græcum est, ἀπὸ τῆς καταρρέειν *defluere* deductum: Latīnâ etiam civitate, ob frequentem ejus usum, hodiè donata, destillatio aliàs *Cels. l. 2. c. 1.* *Influxio Cæli. Aurelian. l. tard. passion. 6. 7.* salutatur.

Altera hujus affectûs vocula dicitur *suffocativus* πνιγῶδης, à *symptomate urgente*, quod nunquam, sine periculo suffocationis, hominem invadat: Κατάρρησιν συντόμως δπολλὸς *Catarrhus cito interimens* brevique perniciem adferens *Hip. 3. aph. 12.* audit; Præfocans destillatio *Hieronym. Mercurial. Tom. 1. Consult.* Nimbus μικροκόσμος *Stephan. Roderic. Castrenf. l. 4. de meteor. Macr. Microcosf. c. 14.* *Catarrhus magnus, præceps, Jul Cæsar Claudin. tract. de Catarrh. Germ. ein Steck oder Stief. Fluss.*

Ipsa verò *suffocationis* vox diversimodè in Schola Medica accipitur: 1. Cum fauces circa pharyngem & laryngem occluduntur, ceu in anginâ fieri assolet, inflammatione faucium, tonsillarum, uvulæ, aliarumque partium, cujus observ. videre licet in *prax. Barbett. c. not. Frider. Decker. l. 2. c. 1. p. m. 56.* 2. Cum rima laryngis coarctatur ob œsophagi membranæ communio-

nem: referenda huc venit singularis de usu radicis consolidæ maj. observatio *Joh. Philipp. Höchstett Medici August. rarar. observat. medic. dec. 3. c. 5. p. 253.* quo loco refert, cujusdam mercatoris filios per noctem radicem symph. maj. infudisse in vino malvatico, ac manè exemptâ radice, rustico obtulisse, qui cum sumpto poculo id largiter hausisset, paulò post in tantam faucium præclusionem incidit, ut heriles filios de veneno exhibi-

to insimularet : Simile quid ex commestione fungorum venenatorum nonnullis accidisse, præter alios Practicos, apud Timæum à Gildenslee l. 7. de morb. venen. & malign. cas. 5. p. 311. legere licet. III. Si quid avidius voratum laryngem vehementius comprimatur, suffocatio subinde sequi solet: Hinc ille apud Thom. Barthol. Cist. Med. p. m. 524. ex frustulo linguæ bubulæ assæ, pondere uncia penè unius cum dimidiâ, deglutito, capitiq̄ue asperæ arteriæ impacto, subito suffocatum. *Dru-sum* pyro per lulum in sublimè jactato, & hiatu oris excepto strangulatum memorat Suetonius l. 5. p. 303. Sic Johann Rhodius l. observ. exemplum refert de adolescente, cui pyrum, cum temerè & per lulum in ore agitaret, illudque rupto petiolo in fauces invito delapsum esset, spiritum, cum eximi nequiret, interceperit. A vermibus quendam suffocatum notavit Salmuth. Cent. 2. obs. 40. Ex lapidibus variæ figuræ asperæ arteriæ incumbentibus alium præfocatum Kerckringius: obs. anat. 27. pag. 64. IV. Cum inspiratione aër fuliginosus, crassus ac venenatus nonnunquam attrahitur: Hinc cellas vinarias ingredientiæ, mustum in quibus effervescit, suffocationis sæpissimè incurrunt periculum, apud Felicem Platerum l. 1. obs de resp. defect. p. 185. quosdam ex aura quadam commoto aere, præclusas spiritalis vias conquestos legimus: similiter ex fumo carbonum duos famulos cujusdam Apothecarii Mediolani thalamo inclusos suffocatos apud Joh. Matth. de Grad. comment. in 9. Rhas. At missis variis his acceptionibus accommodatè ad præsentem materiam præfocationis vocem ita acceptam volumus, quatenus Catarrhalis sentina subito & corfertim ad cor & pulmones ruit, respirationemq̄ue notabiliter impedit. Ex qua acceptione insimul patet, nobis suffocationem hanc non ut morbum, sed ut symptoma hîc venire? Sit ergò descriptio talis:

*Catarrhus suffocativus* est defluxus humoris excrementii p. n. repentinus, ac impetuosus è massâ sanguineâ in cor & hinc in pulmones, per truncum venæ cavæ, tum descendentem, tum ascendentem, cum difficili respiratione, suffocationis metu, vocisque læsione, sensu simul ac motu superstitè, conjunctus, à facultate expultrice irritatâ dependens.

*Generis loco* ponimus defluxionem humoris excrementitii p. n , quæ duplex nobis infert symptoma, unum in excreto mutato, dum saburra catarrhalis in organa respirationis præcipitatur, alterum in facultatis motricis læsione, actionis profectò summè necessariæ ; viventem enim non spirare & spirantem non vivere est ἐκ τῶν ἀδυνατίων, ita scitè inferente Henric. Petræo l. i. differt. harmon. 18. p. m. 315. Cùm autem actio læsa, vel sit *abolita*, vel *diminuta* vel *depravata*, ad actionem diminutam Catarrhum suffocativum referendum oppidò claret, non enim respiratio prorsus aboletur, motusq; pulmonum ac thoracis plenariè ac totaliter præpeditur, sed diminutè, cum prædictæ illæ actiones ex parte adhuc aliquâ superstites esse consueverint: Vocis quoq; usus plurimū impeditur, Catarrho quippe suffocativo tactis, vox faucibus hæret, lingua palato: Ut proinde facere non possimus cum Casp. Hoffmanno, qui l. i. de loc. affect. c. 1. §. 16. p 88. vocem cum mente hoc in affectu sartam tectamque arbitratur, meritò enim illi opponimus certissimam Medicorum experientiam, quæ nos docet, hoc affectu afflictos, nunquam non linguæ usu destitui, quæque significanda habent, nutu declarare & ostendere solere.

Sequitur in descriptione *defluxus repentinus & impetuosus*; meâ quidem opinione non malè: cum Catarrhi suffocativi ratio formalis in tali humoris ad cor & pulmones motu non levi, non lento, sed concitato, συντόμως καὶ ἀθρόως facto consistat, dum enim excrementitii humores in massâ sanguineâ restagnant, nec tantum copia pauci, sed etiam interdum qualitate nocivâ collutulati sunt, quid mirum, naturam ita concitatam insurgere, materiamque vitiosam in organa respirationis detrudere? Hic enim naturæ mos, ut sanguinem, optimum corporis thesaurum, conservet, quotidie excrementa summâ vi expurget, atque per loca huic usui destinata extra corpus eliminat, aut ea in viscera (id quod ἐπὶ τὸ πολὺ calamitosum,) propellet: Quò forte etiam adduci posset illud *Mantuanæ*.

*Sic flumina rursum*

*Se exonerant, pelagusque onerant, sic hominum  
quoque mos est*

*Quæ nos cunque premunt, alieno imponere tergo.*

Subiectum explanans.

**H**isce prælibatis ad *subiecti* cognitionem nos accingamus oportet, cum exactè id novisse, ad meliorem curationem plurim. faciat, monente differtiss. Fernel. *præf. in l. 5. Pathol.*

*Subiecto* gaudet præsens affectus nobilissimo respirationis organo, *Pulmonibus*, molli suo complexu, cor medium, in dextro & sinistro thoracis cavo, ambientibus; quos naturæ folles & necessaria vitæ ventilabra eleganter satis nominat Celeberr. Anatomicus Th. Barthol. *dratrib. de pulmon. sect. 1. p. 1.* quorum usum non tam cordis, quam sanguinis æstuans calor retunditur atque attemperatur: Horum partes similes sunt vasa, arteria venosa, rectius vena pulmonalis, vena arteriosa, melius arteria pulmonalis à Neotericis Celeberrimo Francis. Deleboe Sylv, *disp. med. p. 1. disp. 7. th. 29.* Excell. Mauriti. Hoffm. *Profess. Aldorff. dissert. de transitu sanguinis per medium cordis septum impossibili th. 19.* expressa, quarum illa è dextro cordis ventriculo cum valvulis tribus semicircularibus, seu sigmoideis ab intus foras spectantibus, egressa, sanguinem cordis systole expulsum, recipit, inque pulmones derivat; hæc verò è sinistro ventriculo cum binis valvulis mitralibus à foris intrò vergentibus exorta sanguinem per pulmonum substantiam dispensatum è minoribus ad majores ramos colligit, collectumque, juxta ac attemperatum ad sinistram cordis auriculam derivat, ut illius systole in ventriculum sinistrum & exin per arteriam illam regiam, aortam communiter dictam, in universum corpus deriveatur. Aspera arteria cum suis bronchiis per pulmonum substantiam, utrinque naturæ prudentia disseminatis. Coniunguntur autem prædicta vasa cum pulmonum substantia non verè carneâ, si Marcello Malphig Bononienf. *epist. 1. p. m. 104.* ad Joh. Alphons. Borell. *Pisis Mathes. Prof. sæpiusque laudato* Th. Barthol. *dratrib. de pulm. credimus*, quibus tamen contradicit Vopif. Fort. *Plempius l. 2. Fund. medic. p. m. 141.* sed ex tenuis-



tenuissimis ac levissimis membranulis composita, quæ extensæ ac sinuatae penè infinitas vesiculas orbiculares & sinuosas efformant, similes alveolis in apum favis, in membranam tandem continentem desinentes. Ambitum verò illius circumtendit membrana lenta, tenuis, multis poris referta, à membranâ pleurâ, costas cingente, producta.

Quod si itaque massa sanguinea, *δερμασιών* concitata, subito ac impetuosius in pulmones irruat, pulmonesque comprimendo, ac coarctando, eorum motum sufflammet (quem tamen negant Helmontius l. *Catarrh. delirament. inscripto t. 44.* & Francisc. Osyv. *Grembs arbor. in tepr. & ruinos. Homin. l. 1. c. 8. de usupart. n. 18. p. m. 114.*) stagnare incipit sanguis circa cor præsertim, ubi oceanus sanguinis habetur, verbis D. Brunon. *p. 2. c. 7. dogm. medic. gener p. 201.* Catarrho suffocandi potestatem, sed omninò exitiosam tribuens.

Insuper & cor hic esse affectum ob vasorum communio- nem oppidò constat: Hinc phthisici colluvie purulentâ, crassio- re imprimis existente, ad fontem nectaris vitalis translata re- pentinam nonnunquam incurrunt suffocationem, cujus rei no- tatu dignam recenset historiam Joh. Fernelius l. 5. *Pathol. c. 20. f. m. 368.* de quodam, qui ex pulmonis vomica ruptâ, cum pus per hæc vasa ad cor penetraret, ejusdemque facultatem oppri- meret, intra horæ quadrantem ex improvîso, nullo alio sympto- mate præcedente, è vivis sublatus fuerat.

Neque verò musculos thoracis omni hîc vacare culpâ censemus, siquidem his materia vitiosa se insinuare affectum- que hunc atrocem, læso scilicet ex accidenti respirandi mune- re, excitare haut rarò solet, id quod semetipsum quoque obser- vasse fatetur Felix Platerus l. 1. *observ. pag 187. Confer. Excell. Schneid. l. 5. c. 4. de Catarrh. pag. m. 301. & Hildan. Cent, 3. obs. Chirurg. obs. 41. fol. 223.*

### CAPVT III.

Causam immediatam & mediatam  
profert.

Cùm indicationibus à morbo desumptis non possit, nisi per  
indi-

indicaciones à causis morbificis depromptas, satisfieri, uti nervosè docet Bruno *Dogm. Med. p. 454.* patet sanè, quàm necessaria sit causarum morbificarum cognitio. Ut igitur ad feliciorè affectus hujus curationem quasi viam sternamus, quantum instituti ratio feret, causam primò immediatam, dein & reliquas mediatas contemplabimur.

*Immediatam* catarrhi suffocativi causam constituimus expultricem irritatam: Cùm enim massa sanguinea perpetuâ itione in circulum quasi moveatur, ita ut ex corde per arterias ad singulas corporis partes distribuatur, per venas autem ad illud reducatur, nullo alias accidente *ὄγκασμῶς*, qui motum illum concitatiores, quam par erat, excitare possit, sanguis munia sua ritè decenterque ubique obit, visceraque omnia feliciter percurrit. Quod si verò accidat, ut sanguis quidpiam contineat, peregrinum explicans fermentum, naturæ nostræ planè infestum, expultrix, impensè sic irritata, contra agendo, fortiter insurgit, illudque ad cordis pulmonumque penetralia, cœcò impetu subitò ac *ἀθρόως* detrudit, spiritum vitalem, sub tyrannide suffocationis, ad interitum præcipitat ipsumque respirandi beneficium notabiliter impedit, quod non-nisi sub pœna mortis indubitata, sic loquente *Acutissimo Helmontio*, intermittitur! Tanvis nempe digestionum perperam peractarum productis, tum archæus se exonerare laborat, onerat potius, quam ut exoneret, & plenis quasi urnis, pulmones inundando strangulationem accelerat; quid? quod humores suapte ferè sponte, quâ data porta, nonnunquam ruant, non aliter ac maleferiatos Cives ac refractarios, qui nec legibus, neque pœnis se coërceri patiuntur, in contrarium ruere videmus, notante Excell. Dn. D. Schneid. *lib 5. c. 4. de catarrh. p. m. 302.*

*Causæ mediatæ propinquiores* quæ immediatam adjuvare vel stimulare possunt, sunt humores omnis generis excrementitii in massa sanguinea hospitantes; Atq; hujusmodi humores quilibet in suo quasi sinu alit fovetq;, nemo enim hominum adeò laudabilis constitutionis est, ut variorum morborum semina secum non circumferat; Excrementios verò Medici appellant, qui nihil aliud videntur esse, quam debitæ concoctionis & fermentatio-

rationis errata: Inde, quotiescunque dilectissimus naturæ filius (uti Anthoniæ von der Linde/audit sanguis) à consuetæ sibi conformitate decedit, aut bilem effervesce, aut pituitam adgravare conquerimur. Nimiâ imprimis seri in cruoris massa exundantiam affectus hujus productionem facilitare, neminem negaturum reor, cum aliâs vix ac ne vix quidem aliquem affectum invenire liceat, quem non unâ foveat ac sustentet ferum, ceu loquitur Acutiss. quondam Jenensis Academiae Medicinæ Professor Joh. Theodorus Schenkius *Præceptor meus, dum viveret, fidelissimus. Synops. Inst. Med. p. 128.* præter id enim quod inevitabili necessitate quotidie generetur, massamque sanguineam, ad motum aptiorem reddat, hoc habet peculiare, quod, ob salis abundantiam, utpote quod ferum crebrius comitatur, ad stipulante laudato B. Schenkio *in hist. ser. sanguinis, cap. 3.* ad ebullitionem & effervescentiam præ reliquis humoribus magis sit dispositum; hinc hypochondriacos & scorbuticos, ob ejusmodi salinoseros humores, sub hypochondriis stagnantes, ebullientes, efferatosque factos catarrhò suffocativò nonnunquam infestari, fidâ rerum magistrâ experientiâ edocemur.

*Partem mandantem*, seu terminum à quo, superius diximus massam sanguineam, idque non immeritò: Quandoquidem hanc omnium humorum receptricem ac hospitatricem toties experimur, quoties ob nativam quasi vel hæreditariam aut acquisitivam temperiem à naturali *regis* deflectit. Idem quoque evenit, dum viscera chylicationi, sanguificationi, ejusque depurationi ac defæcationi à natura destinata, ob affectum aliquem, p. n. functione sua ita aberrant, ut eam vel diminutè vel depravatè peragant, hincque tandem vitiosus variisque impuritatibus conspurcatus sanguis mediante circulari & consuetò motu, ad cor revehatur. Sic ventriculus, qui sanitatis & morborum quam plurimum est quasi radix, teste Dn. D. Joh. Dan. Majore *diss. Epist. de cancr. & serp. petresact. ad Sachsum p. m 5.* non minus ob errorem externum, quam defectum fermenti acido-salini, cujus vitio adsumta non probè subiguntur, nec heterogenea ab homogeneis separantur, debito quasi ab officio advocatus delinquit, unde crudus atque imperfectus na-

turæque planè hostilis progignitur chylus, quo præsentè labemque suam cum sanguine in corde communicante, reliqua viscera, vix, imò ne vix quidem salva esse aut manere possunt: Neque enim, juxta effatum Helmontii, itur ad secundum aut tertium, nisi per absolutum primum; Hinc *Lien* suum confert solum, tum particulas sanguinis terrestriores fœculentasque serositates per sinistrum coeliacæ ramum è corde transmissas non separat, neque per ductum pancreaticum, in duodenum, ut debebat, proscribit, sed immixtus potius sanguini, veluti in medio relinquit, quæ postea ad hepar, per ramum splenicum, cum revertente sanguine, delatæ, illius necessariò crasin ita frangunt, ut officium suum, quod in separandis à laudabili & genuino sanguine serosis, biliosis, aliisque excrementitiis scoriis consistit, facere amplius nequeat. Rogati verò: num & *renes* hic culpa vacent? minimè vacare respondemus: Cùm enim sint serosæ colluviei & laticis à massa sanguinea propullulantis veluti moderatores & separatores, sicut cor sanguinis, uti eleganter scribit Nobilissimus, Amplissimus atq; Experientissimus D. D. Strausius Medicinæ & Physices in Academia Giessena Professor Famigratissimus, Fautor, ac Præceptor meus æternùm colendus conat. Anat. de usu Renum, fit sanè, ut renibus in sua actione frustratis, serum nec mutatum, nec separatum, sanguini, ad cor, primariam tanquam officinam, redeunti absorbendum obtrudatur, sicque non rarò cordis ac pulmonum inundationem causentur.

Sed quid de capite fiet? ais: Equidem Antiquitas hoc ferè unicè accusavit, omnemque defluxionem in pulmones ipsi adscripsit, verùm Recentiorum calculo, non levis huic facta ab istis est injuria: Horum nos quoque vestigia legentes arbitramur, fluxionis terminum à quo male à capite derivari, id quod tamen cum grano salis accipi volumus: Concedimus enim Catarrhum suffocativum à capite fieri posse, sed non nisi mediante massæ sanguinæ per venas refluxu, utpote quarum officium est, sanguinem jamjam Spiritibus depauperatum ad cor reducere, ut denuo fermento vitali imbuatur; ubi sanè humores, sanguinis sigillo non consignati, iique tam pituitosi, quam

ferosi aliique facili negotio immisceri, & perennanti circula-  
tione ad pulmones ipsumque cor cum impetu eructari queunt,  
cerebrum verò saburræ catarrhalis immediatum promptua-  
rium, ut veteres quidem credebant, existere, h. e. quod nos o-  
mnino inficiamur. vid. diff. 3. de fluxu & refluxu sangu. *Nobi-  
liss. atque Experient. Dn. D. Georg. Balth. Metzgeri, Tubingen-  
sium Professoris celeberr. Præceptoris atque Hospitis quondam mei  
æternùm devenerandi, th. 15. p. 21.*

*Vasa*, per quæ immediatè humores hi excrementitii ad  
pulmones deferuntur, *partes transmittentes* appellantur, suntq;  
venæ, quemadmodum enim apoplexiâ ingruente, sanguis arte-  
riarum in cerebrum, ita oriente catarrhò suffocativò, venarum  
sanguis in pulmones, quà supernè quà infernè tantò vchemen-  
tius movetur, ut loquitur Nob. Dn. D. Schneid. *l. 5. c. 4. p. m.  
297. vasa lymphatica* quoque in arteriam asperam usque ferri  
à D. D. Pauli observatum est, unde non minus fluxionem hanc  
excitare & adaugere videntur. De *nervis* verò haud sine ra-  
tione dubitatur. Sive enim exilem eorum, imò insensilem fe-  
rè cavitatem consideremus, sive palmarium officium, quod in  
devehendo, distribuendoque spiritu animali obeunt, pondere-  
mus, utrobique momenta se non levia offerunt, ob quæ, uti  
succum istum à Fr. Gliss. *lib. anat. Hep. Th. de Willis anatom.  
cerebr. Charlet. æcon. anim. ingenio enutritum* admittere  
non possumus, Bartholino potius subscribentes *specileg. lymph.  
1. c. 3. p. m. 422.* Ita quoque nervos omninò hic culpa vacare  
censemus.

#### CAPVT IV.

### Causas mediatas remotiores demonstrat:

**H**Actenus è numero causarum consideratis iis, quæ imme-  
diata seu proxima, & mediata propinquiores audiunt, ulte-  
rius inoffenso pede ad alterum causarum genus descendimus,  
ex rerum *naturalium, nonnaturalium & p. n.* classe quæ desu-  
muntur.

Inter *res naturales* prima acie reperitur *temperamentum* frigidum & humidum, humoribus vitiosis cumulandis aptissimum: *Ætati* quamvis omni accidere possit hoc malum, senili tamen magis familiare pronunciat Hipp. 3. *Aph.* 12. ut & puerili 3. *aph.* 26. quæ, sicuti lege viventium primis vitæ annis humidior existit, docente Ampliff. Conringio *lib. de calid. innat.* 6. 9. p. 87. Ita partes spirituales præ reliquis ætatum partibus humiditate magis sunt conspicuæ.

Ex *rebus nonnaturalibus* agmen ducit *Aer*, qui promptè, ut tradit Exc. Maur. Hoffmann. *Synops. Instit. Med. disp.* 18. flammam corporis sanguineam mutare potis est, peccat is vel *substantia*, quatenus variis conspurcatus inquinamentis, aut, ut Helmontii est phrascologia, *l. de insp.* importunis fermentis infectus, inspiratu, perspiratu corpori nostro sese insinuat, vel *qualitatum* excessu, unde humores fundendo, attenuando, & id generis aliis viis defluxioni fores aperit. Huc faciunt & *anni tempora*, siquidem quilibet in quibusve temporibus morbi fieri possunt, nonnulli tamen in quibusdam magis, tum fiunt, tum irritantur, ut habet Hipp. 3. *Aph.* 19. Ex his verum atque hybernum accusat Cous 3. *aph.* 20. 23.

Imò malignam & venenatam aëris constitutionem catarrho suffocanti ansam præbere posse, probatione non indiget, miasmate enim inspiratione attracto, vel alio modo corpori communicato, vitalem corporis nostri purpuram stigmatè aliquo venenato fœdari potest; Hinc ex aëris miasmate catarrhos aliquando excitatos venenatos, epidemiorum more passim in Europa grassantes Mercatus ac Petr. Forestus *lib. 6. obs.* 3. pag. 152. referunt: Flatus austrinos quoque in hanc perniciem conspirare author est Hipp. 3. *Aph.* 5.

Monstrata Aëris vi, pergimus ad *cibum*: Hic nimia *quantitate* ingurgitatus, fermentum ventriculi dissolvit, cruditatesque certissimas producit, idem efficit peccans assumtorum *qualitas*, si quis cibus *δυσχύμοις, δυσπέπτοις, καὶ κακοχύμοις* utatur, ut carnibus fumo induratis, piscibus fumo vel sole excoctis, leguminibus, lacticiniis, fructibus fugacibus; quo etiam pertinet perversus assumendi modus, dum priori nondum subacto

aut feliciter fermentato novus ingeritur cibus. *Potus* insuper pravitas quantum hic valeat, res ipsa loquitur; quò ergo quispiam in hoc, quoad *qualitatem*, vel *quantitatem* magis delinquit, tantò catarrhis se reddit magis obnoxium; Inprimis verò sanitati obest, & quam maximè ad promovendum catarrhum facit nimia vel vini vel cerevisiæ ingurgitatio, ea præsertim, quæ corpore, ob vehementius exercitium, adhuc æstuate & quasi flagrante, ἀπνευσί peragitur, sic Nobilissimus quidam Dominus apud Dn. D. Schneid. l. c. p. m. 301. incendio arcis vehementer terrebar, hoc autem restinctò cum plus cerevisiæ vel vini potasset, paucis post mensibus spirandi difficultate sæpius vexabatur.

*Motus & quietis* quoque habenda ratio: utriusque enim excessus suum addit ὀμβάλλον μέγ: Nam motu nimio ac concitatori humores plus justo agitati incalescunt, calefacti seditiones movent, inque pulmones impetuosè ruunt, inde ex nimio motu catarrhum suffocativum obortum notavit Timæus à *Guldentlee/ lib. 1. Cas. Medic. 19. p. 46.* Quiete verò nimia flammulæ vitalis activitas retardatur, qua sufflammatâ, absumenta non absumentur, sed futuri suffocationis authores retinentur. Prætereà promovent hoc malum *vigilia* contumaces quatenus excrementa in corpore augent, eosque ad pulmones vergentes fundunt, *somnus* contra nimius dum pituitæ aliorumque humorum collectionem adauget, non parum catarrhi suffocativi generationem promovet.

Haud disparis conditionis sunt *excreta*, & *retenta*, quoties enim excernenda, retinentur, purgationesque consuetæ supprimuntur, vitiosi accumulatur succi, qui facilè postmodum illo in loco, in quo amplius contineri nequeunt, fermentantur, ebulliunt, unde cum sanguine refluo commixti circulando, accedente inprimis causâ irritante, ad cor atque pulmones præcipitantur; quod præ cæteris præstant *animi parhemata*, & inter hæc præprimis ira immodica, metus & improvisus terror.

Succedunt tandem *res p. n.* quales sunt omnes affectus p. n. Ulcera capitis in pueris citius, quam oportet, nimio siccantium usu sanescunt, perniciosi humores in sanguine per venas jugu-

jugulares impetu quodam in pulmones se congerunt, ut hic catarrhus suffocativus citò superveniat, teste D. Schneid. *l. c. pag. 300.* Hydrops, pedibus subitò detumescens transit in catarrhum suffocativum apud Hipp. *7. aph. 4.* Tertianam intermittentem non rarò subsequi, notavit *celebr.* Sennertus *l. 2. de Febr. c. 18. p. m. 266.* Ex Polypo cordis, fluxum purpuræ alimentaris inhibente, catarrhum suffocativum sæpius observasse Mich. Kirstenium *Med Hamburgens.* Segerus Bartholino retulit *cent. 2. epist. Med. 86. p. m. 683.* Sic febris illa epidemica in catarrhum subitò desinebat, delineata ab *ingenios.* Th. Willis *lib. de morb. convulsiv. p. m. 108.* A Scabie retro pulla hunc affectum in infantibus observavit Fabr. Hildan. *cent. 3. obs. 10. p. 192.* Paralysis spuria post dolores colicos in catarrhum suffocativum lethalem degeneravit apud Eund. *cent. 5. obs. 47. p. 434.* Ex variolis subitò reperiis & exinde pulmonibus repletis puerum suffocatum refert Theod. Kerckringius *Spicileg. Anatom. obs. 62. p. 126.*

## CAPVT V.

### Differentias exponit.

**E**T si ex supra dictis satis elucescat, quænam nostri affectus sint *differentia*, methodus tamen à Medicis recepta ut observetur, breviter easdem hîc perstringemus. Catarrhus suffocativus cum sit defluxus humoris excrementitii p. n. in pulmones, si hîc quoad *magnitudinem* consideretur, alius erit *vehementior*, cum majori respirationis læsione, alius *remissior*, cum minori suffocationis periculo conjunctus: Alius sequitur alios morbos, ut scorbutum, qui interdum præter omnem opinionem subitò irruit, & respirandi organa cum præsentissimo vitæ discrimine obstruit. Comitatur porrò affectum hypochondriacum, febres, menstruorum ac hæmorrhoidum suppressionem, dum illuvies vitiosorum humorum, quæ aliàs in dictis corporibus evacuari suevit, p. n. retinetur, sicque ad respirationis organa confertim defertur; Alius denique est *epidemicus*, alius *perio-*



*periodicus*, quali sæpè laboravit Axelio Brahe Tych. fil. referente Th. Bartholino *ex diario pract. Tancredi Lelii cista med. loc. 15 p.m. 43L*

## CAPVT VI.

### Signa proponit diagnostica & Prognostica.

**C**atarrhum suffocativum ex his quæ, paulò ante dicta sunt cognoscere, non ita difficile. Cum tamen sua celeri periodo sæpe omnem Medici industriam eludat, necessarium erit in signa illius inquirere. *Imminentis* igitur signa quamvis inventu sint difficilia, sequentia tamen interdum præcedere solent; sternutatio crebra, sputum continuum, scretio. *Præsentis* indicia manifesta, dolor pectoris gravativus cum metu suffocationis, anxietas, vocisque læsio, interdum tussis, pulsus tardior ac rarior. *Difficultas* respirandi, spiritalium & vitalium organorum constrictionem & angustiam consequitur, ob magnam materiæ morbificæ copiam intra pulmonum spatium congestam. *Tussis* oritur, dum humor cum sanguine in pulmones confluens per eorum vasa transudat, inque arteriam asperam depositus, eandem ad expellendum irritat, vide sis Christoph. Benedict. *Theatr. tabidor. exerc. 16 p.m. 59.* *Vox* pro causarum varietate, vel imminuitur, vel totaliter aboletur, organo enim manu quod geritur, offensò, vocisque materia considerata vice sermonis ægrorum fungitur nutus insolens animi character, sic loquente Excell. Guern. Rolfincio *de Catarrh. suffoc.* Cùm verò catarrhus suffocativus cùm aliis affectibus similia habeat signa, circumspeditione Medico opus est, ne in denominando affectu errorem committat; quare signa *distinctiva* adjicere placet. Ab *Apoplexia* distinguitur, quòd in hoc sensus & motus, intercepta quamvis respiratione, relinquuntur, in illa verò omnes auferantur. A *Syncope* differt, quòd in illa color faciei cadaverosus præceps omnium virium lapsus vixque vitæ adsit manifestum indicium. A *Catalepsi* præsen-

tem affectum discernit libera respiratio, adest præterea omnium membrorum rigiditas. Ab *Epilepsia*, quod partes non convellantur.

Tandem ad *prognostica* delabimur; nemo enim ut bene scribit Jul. Cæsar Claudinus *de ingress. ad infirm. l. i. pag. m. ii.* tam crassæ erit Minervæ, qui ad rectam medicamentorum indicationem descendat, nisi prius cognoverit, an morbus curationem admittat. Hic secundum monitum Hipp. *lib. de morb. ad tria principaliter attendendum, ad ipsum eventum, ad tempus eventus, & modum eventus.* *Salutis & mortis* ratione generale hic sistimus prognosticon, monemusque, catarrhum suffocativum esse affectum periculosum tam ob loci affecti nobilitatem & excellentiam, quam actionis læsæ virtutem & necessitatem; Hæc enim læsâ vita hominis maximè periclitatur, vita enim & respiratio pari passu ambulant teste Galeno *de util. respir. c. i.* Qui causæ epidemicæ & fermento contagioso suos debet natales, tristis prælagii metum ἐπὶ τὸ πολὺ Medico incutit. Spem interim faciunt magnam laudabilis corporis constitutio, ætas juvenilis, pectus amplum, vires fortiores, mitioraque symptomata: Hic tamen semper in memoriam revocet Medicus illud Hipp. *2. aph. 19.* in morbis acutis non ominò certæ sunt prædictiones salutis & mortis. Quantum ad *tempus eventus* attinet, longus hic non est affectus (experientiâ id comprobante) brevique suam attingit metam, ubi namque conclamata urget suffocatio, variaque symptomata de victâ naturâ triumphant, tenui admodum filo ægri vitam pendere certò prædici potest. De *modo eventus* notant Medici eum vel ad salutem vel ad mortem deducere; Ad salutem quidem fit, per excretionem apparatus morbifici in pulmonibus, quam deinde sequitur libera respiratio. Qui verò *mortem* minatur catarrhus suffocativus per repentinam suffocationem viriumque exsolutionem jugulat, suffocatur quidem quando eis expultrix summè debilitata expellendæ sentinæ catarrhali impar succumbit, unde corde pulmonibusque oppletis homini spiritus præcluditur; Resolutione verò virium interficit catarrhus suffocativus, vitæque stamina dissolvit, flammula vi-

tali dissipata, imò potius ob defectum non refarcitum debiti  
flammulæ refrigerii penitus præfocata.

CAPUT VIII.

Curandi Methodum docet, & præsidia in pa-  
roxysmo proficua subministrat.

**V**Isis iis quæ ad affectus nostri *cognitionem* faciunt, ad cura-  
*tionem* nos accingimus: Hæc autem prudenti celeritate  
maturanda venit, ne longis deliberationibus præcipitem hinc  
maximè occasionem perdamus. Methodus hæc curandi nititur  
tribus *indicationibus*, *curatoriâ*, *præservatoriâ*, & *vitali*. *Curato-*  
*ria* causam removet proximam, sicque præsentem imminuit pa-  
roxysmum. *Præservatoria* extra paroxysmum omnes causas,  
quocunque modo peccantes respicit, easque remove docet,  
sicque futuræ invasioni viam præcludit. *Vitalis* requirit, ut  
non solum parti affectæ succurramus, sed & ægri vires, cum per  
medicamenta tum per alimenta succi laudabilis integras con-  
servemus: Sic enim natura aliquo modo adjuta se ad debellan-  
dum hostem facilius, feliciusque componere potest: Indica-  
tiones, quibus hic affectus satisfieri desiderat, sunt potissimum  
materiæ foco respirationis incumbentis ablatio, impetuosè ir-  
ruentis in pulmones revulsio, partiumq; recipientium ac trans-  
mittentium corroboratio: Auxiliorum denique materiæ ex u-  
sitatis fontibus, *Chirurgico*, *Pharmaceutico*, & *diætetico* de-  
promuntur. Quos priusquam Medicus accersitus sollicitare  
animum inducit, procurabit, ut æger loco temperato pariter ac  
justo situ locetur, erectâ imprimis cervice, quò liberius respi-  
ret, sanguinisque circuitus quodammodo facilitetur.

Ex fonte *Chirurgico*, primò se offert V.S generosum illud  
remedium, in principio statim administrandum, præmissò, si res  
inducias ferat, clystere quodam revellente, ut sanguis in motu  
peccans à parte affecta revellatur, motusque liberior sanguini  
concilietur. Neque verò eorum nos movent argumenta, qui  
V. S. revulsoriæ commodum cum Helmontio negare amant.

Licet

Licet enim revulsio, eô, quô veteribus placuit modo, stante sanguinis circulatione, Guilh. Harvæi diligentia patefacta, non modo non fiat, sed nec fieri possit, juvat tamen illa, dum sanguinis copiam diminuit, reliquæ massæ sanguineæ subsistenti liberiores ac feliciores in reliquis extrâ partem affectam locis transitum conciliando, adeoq; ab irruentis impetu concitatio-ri, ejusq; quadantenus collectione vindicat: Cùm enim hujusmodi suffocatio ex liberiori refluxu ad cor & pulmones impedito oriatur, adeoque ex sanguinis impetuosa in eos protrusione, illiusve stagnatione totâ dependeat, fieri aliter nequit, quàm ut demtâ ejus copiâ, pars affecta ab irruentis impetu vindicetur, ab opprimentis, turgentis ac furibundi gravamine liberetur, instantisque suffocationis periculum avertatur; quantitas verò ex ægri viribus, sanguinisque copiâ desumenda venit. *Cucurbitula* cum vel sine scarificatione, si æger à V. S. abhorreat, aut ætas aut vires non permittant, variis partibus affixæ, scapulis, brachiis, lumbis, cruribus, strenuè revellendo pariter ac evacuando expectationi satisfaciunt: Nec *vesicatoria* suâ laude defraudanda, quippe quæ revellendi & derivandi intentionem implent, auxilium, colluvie præsertim serosâ præsentem, præstans & egregium. *Friktiones*, quatenus revellendi ac discutendi potentiam cum reliquis præsidiis communem habent, commodum videntur remedium, linteis imprimis asperioribus institutæ. *Ligatura* extremorum arctiores & dolorificæ in revellendo quoque per intervalla nunc constrictæ, nunc relaxatæ, præsidium minimè contemnendum pollicentur.

C A P V T VII.

Auxilia ex fonte pharmaceutico in paroxysmo proponit.

INter ea, quæ in Catarrhò suffocativo apparatus morbificum, primas vias eluendo, revellunt, non postremum locum sibi vendicant *clysteres*, horum quippe usus blandus, docente

**Experient.** *Solenand. sect. 3. conf. 28. p. m. 300* non afficit viscera, nec ventriculo obest, neq; vires dejicit; hinc *Ludov. Mercatus* singularis ac raræ scientiæ vir, elogio B. Dn. D. Schenckii *Histor. seri sang. p. m. 8. lib. de rect. presid. usu* scribit; apud nos in tantum crevit clysterum usus, ut nullum prope malum sit, cui hoc præsidium expedire non sit compertum: In prædicto affectu Practicorum omnium suffragio sunt sacra anchora, refocillantur enim ut plurimum ægrotantes, curationem in paroxysmo si ab his auspicemur: Honoratus quidam vir suffocationi proximus, clystere injecto, alvo soluta exclusisque fæcibus, liberatus fuit feliciter, singulariter jam clysterum usum deprædicans, odio qui ante plusquam vatiniano prosequeretur, quod superstitioso timore ejusmodi medicinam admittentes Libitinæ victimam evadere, hocque ultimum esse auxilium ridiculè satis sibi persuaserat. Parantur ex variis ingredientibus, quæ pro ne natâ facili negotio ad scopum dirigi possunt. E. g.

℞ Spec decoct. pectoral.

H. Calaminth.

Centaur. min. ana mʒʒ

Sem. fcenic.

Anis ana. ʒiʒ.

Pulp. Colocynth. in pet. ligat. ʒj.

Coq. in s. q. aq. com. Colat. ℞. ʒviiij. in quibus dissolve

Elect. hier. picr. c. Agar. ʒj.

Fell. taur. inspiss. ʒj.

M. F. l. a. Clyster.

Vel:

℞. decoct. pectoral. ʒvj.

in quib. dissolv.

Elect. hier. picr. c. agaric. ʒjʒ.

Mell. anthosai. ʒj.

Fell. taur. ʒj.

Nitr. c. ♂. fixat. ʒj.

Vitell. ov. N. j.

M. F. Enema.

Si quando clysteres ultra tempus præscriptum remorentur, *sup-*  
*positivis* facultas expultrix sollicitari poterit.

℞. Supposit. usitat, no. ij. illinantur.

Ol. Diacolocynth. Quercet.

Œ. Stuhl-Zäpfflein.

Hisce superatis periculis ulterius danda opera est, quò fa-  
burra pulmonibus insidians maturè removeatur: Hic *Emetica*,  
cecu unicum ægrorum in profligando Catarrho suffocativo a-  
sylum extollunt practicum plurimi, Henric. Petrus in *diss.*  
*harmon. 9. p. m. 290.* nihil vomitu, inquit, ferè est præsentius;  
non enim ea tantum, quæ in ventriculo hærent, sed & illa, quæ  
pulmonum bronchiis & asperæ arteriæ infarcta sunt, (quæ ra-  
narum spermatis instar intra pulmones fluctuare quidam asse-  
runt) validè citoque excludit. Plura id generis Vomitorio-  
rum elogia invenire licet apud Joh. Hartm. *prax. Chimiatr.*  
*cap. 2. l. 1. pag. 3.* *Fonston. Syntag. Med. Pract. p. 757.* Francis. de  
Leboe Sylv. *Colleg. Pract. p. m. 92.* & alios, quibus equidem haut  
contradixerim, cum non rarò circumstantiæ istorum usum non  
tantùm suadere, verùm etiam urgere possint; tutius tamen  
quandoque erit ad vomitoria tam promptè non accedere, ne iis  
exhibitis, æger in deterius ruat, aut respiratio omnis interci-  
piatur, tristisque catastrophe subsequatur. Approbamus ve-  
rò Emetica in corporibus ad vomitum proclivioribus, viribus  
constantibus, ætate juvenili & ubi materia pulmonibus non  
tam infarcta est, quàm potius innatat. Recensebimus nonnul-  
la, quæ tamen prudenter à Medico usurpanda veniunt; habi-  
tà scil. dictarum, aliarumque circumstantiarum ratione, quip-  
pe quarum sæpè unica ad methodum medendi immutandam  
sufficit. Laudantur igitur præ aliis, *Aq. bened. Ruland.*  
à Brendel. *descript. ▽ benedic. Quercet. Syrup. de peto, ▽. E-*  
*metic. Hart. Tart. emetic. Mynsicht. Oxymel. Hellebor. Gesner.*  
*Vitr. Œij.* juxta Solertissimi Zvvelferi præscriptum præparatum  
in *appendice ad Animadv. in August. Dispens. p. m. 76.* quod  
nobile & securissimum vomitorium audit Excell. Dn. D. Fri-  
deric. Hoffmann. *M. M. Wala. p. m. 115.* quæ tamen omnia  
multis parasangis antecellere Sal Vitrioli scribit *Ang. Sala in Ter-*

*nar. Hermet. ob felicissimum quem omni tempore præstet effectum; Unde tali encomio illud condecorat; Deum testor & certo cuivis promitto lectori, quod inter medicamenta vomitoria tam simplicia, quam composita nullum observaverim magis universale, magis præ cæteris benignum, quam hoc ipsum Sal Vitrioli, adeo siquidem tuto, adeo facile operationem perficit suam, ut jure merito vomitoriorum manna appellanda veniat.*

℞. Aq. bened. Ruland. ℥j.

Syrup. de Canell. ℥iij. M.

S. Dünner Brech. Safft.

℞. Sal. Vitriol. ℥i. l. ℥ß. Aq. Serpill. q. s.

facta dissolutione adde

Syrup. Marrub. ℥ß. Oxyfach. Emet. Mynf. gr. XV.

S. Brech. Träncklein auff 1. mal.

Nec hoc in casu inutile erit, scrobiculum cordis *Ol. Chamam. lil. alb. Amygd. d.* quo relaxetur, vomitionisque actus aliquatenus promoveatur, inungere.

Ad hæc, si æger quodammodo refocillatus & deglutitio liberior fuerit, cathartica, in formâ imprimis liquidâ, exhiberi commodissimè queunt, quò humores in pulmonibus stagnantes atque turgentes, expurgentur, his quippe secundum *Hipp. 1. aph. 22.* evacuatio debetur. Exempli loco inserviat

℞. Extr. Diacarth. ℥ij. dissolv. in aq. Tussil. ℥ij.

adde Scam. rosat. Extr. Glyzyrrh. an. gr. iiij.

Aq. Cinamon. ℥ij.

S. Extr. Träncklein auff 1. mal.

℞. Extr. Phlegmag. Quercet. gr. xij dissolv. in s. q. Aq. fl. Acati.

adde resin. Gialap. gr. iv. Syrup. de Marrub. ℥ij. M.

S. Purgierend Brust. Träncklein auff 1. mal.

Materia interim suffocationem minitans, medicamentis expectorantibus promovenda est.

℞. Aq. Veronic. Scabios. scenic. ana. ℥i. Asthma. Rudolph. ℥vj.

Ess. fl. Helen. ℥ij. Croci ℥ij. Quint. Ess. Matth. ℥j.

Syrup. Marrub. ℥j. M.

S. Brust. Tränck auff etlich mal.

℞. Gum. ammoniac. rite depurat. ℥ß. Aq. Veronic. ℥iß.

Loch. San & expert. ℥ij. Asthm. ℥℥. Elix. Vit. Matth. ℥℥ M.  
S. Mixtur zur Brust.

℞. Aq. Beton. Veronic. ana ℥℥. Sperm. Cet. ℥j.  
Syrup. Scabios. Helon. ana. ℥vj. M.

S. Lufft. Franc auf 1. mal.

℞. Aq. Asthmat. Rudolph. ℥℥. foenicul. Capill. ♀ r. ana. ℥℥.

Conf. Alker. ℥j Sp. ammoniac. gt. xij

Syrup. Veronic. Betonic. ana. ℥iij. M. f. Potio.

Eligatur verò *sperma Ceti* non rancidum, sed recens, quod in aq. Asthmat vel aliâ appropriatâ si propinetur, egregiè prod-  
est. Haut parum quoque præstabunt medicamenta ex Ben-  
zoe parata, sic *Ess. Benz. Spi. pectoral.* cuidam nuptam magnificie-  
bat B. Dn. D. Joh. Arnold Friderici, *Professor quondam Jenensis*  
*Celeberr. Præceptor meus æternum deprædicandus.* Magist. Benz.  
Succinum, *Succin. Catarrhal. D. Mich. C. C. succinatum*, quod  
præparatur ex Sp. C. C. rectific. & proprio Sal volatili im-  
prægnati ℥℥. Sal. volat. Succin. ℥iij. Misce & per reiterata  
cõhabia destill. fl. *Sulphur. fecul. Aron. Ireos* quoq; conveniunt.  
*Spir. Sal. armon.* efficacissimum hoc in affectu remedium: *Sp.*  
*Sulphur. acid. c. aq. fontan.* ceu præsentissimum laudat Jonston.  
*Syntag Medic. Pract. c. 8. p. 757.* eundem commendat *Grul-*  
*ling. florileg. Chemic part. 17. c. 1. p. m. 376.* Ol sachar. crocat.  
compos. extollit Joh. Ferdinan. Hertotd. *Crocolog. curios. p. 83.*  
qui & p. 84. sequentem deprædicat pulverem; ℞. Sperm. Cet. ℥ij.  
Croc. ℥℥ M. f. Pulv. S. Pulv. gegen den Stöck. Fluss auff 4. mal in  
Hysop. Wasser oder warm Bier zu geben.

Extrinsicus applicari possunt *Bals. ut Bals. Succin. Jonst.*  
*l. c. Liniment. ex unguent pector.* Ol. chamæm. Irin. Amygd. d.  
conflata.

℞. Ung. pectoral ℥ij. Axung. Capon. Ol. diapalm. ana. ℥℥.

Cheyrlil. alb. Irin. ana ℥ij M.

S. Brust. Salb.

CAPUT IX.

Auxilia extraparoxyssimum supdeditat.

**E**xtra paroxyssimum, ægro à periculosâ hâc symptomatum  
syndro-



syndrome liberato, ad προφυλακτικὸν ἀκεῖμὸν accedimus: Omnia hic tentanda, quò causæ foventes & generantes removeantur; ipsi nimirum vitiosi humores, ne catarrho suffocativo pabulum suggerant, catharticis convenientibus expurgandi sunt, quò massæ sanguineæ naturalis denuò constitutio, motusque concilientur.

Ex fonte Chirurgico, quæ in ipso paroxysmo proficua diximus, non minus extra illum in usum vocari queunt & debent: V. S. nimirum quoties plethora peccarit, præsertim si consuetæ evacuationis suppressio languorem attulerit, non sine successu administrabitur, (quo in casu & ipse Helmontius eandem libenter admisit, fatente Grembsio l. 2. c. 3. n. 60. p. m. 431) vernali præprimis ac autumnali tempore, nisi necessitatis leges aliud jubeant. Cucurbitula similem ob causam singulis mensibus scapulis femorique affigi poterunt: Nec minus commodum à fonticulis expectare licebit, quippe quorum assiduus fluxus magnam humorum copiam educit; equidem huic remedii generi parum, vel nihil tribuit Helmontius, *ichor enim*, inquit, *quem vulnera hæc plorant, ab ipsâ partium potius corrosione est, quam ut aliunde affluat.* Verùm enim verò, cum latex hic à sanguine omninò diversus sit, ne, dum refluit, exitiosam pulmonibus labem affricet, proderit sanè, si à centro ad circumferentiam arteriarum vasorumque lymphaticorum ope continuò eliciatur atque exoneretur, accedit insuper ipsa experientia, quæ de fonticulorum usu minus diffidenter nos sentire jubet.

Ex fonte pharmaceutico primò haurienda occurrunt lenientia, quæ inter laudantur *prun. damasc. polypod. Mann. fol. senn. Cass. recent. extr. Syrup. rosar. solut. Violar, de Cich. c. rhabar. Diasep. Andernac. Elect. de Tamarind. Pil. Francof. Glasfian. Infus. laxat. Mannagets. Aq. laxativ. passulat.* Hæc & similia Medici prudentiæ, cum non rarò ægi palato (licet judex remedium minimè esse debeat) inserviendum sit, meritò relinquimus.

Primis viis à saburrâ præsentis, veluti impedimento, liberatis, inoffenso pede ad preparantia & aperientia accedimus,

mus, quorum ope humores crassitie, visciditate vel tenuitate peccantes, juxta Methodi leges corrigentur & ad exitum disponentur; sunt verò inter alia, Rad. Ireos flor. Helen. Glyzyrrh. (Cyper. 5. aperient. Lign. Sassafr. quod nobilissimum vocat medicamentum in omnibus catarrhis Brunnerus. Herb. Marrub. Scabios. Rorismarin. Capill. ♀r, puleg. serpill. tussilag. Card. bened. fl. Farfar. Violar. Beton. Scabios. Salv. Anth. Agerat. Sem. Anis. fœnic. nasturt. Cumin. bacc. juniper. Mac. Cinam. E compositis conveniunt syrup. Capill. ♀r, farfar, de liquirit. de duabus radic. de Erysim. Lobelii descript. apud Simon Pauli Quadripart. Botanic. class. 3. p. m. 294. Aq. Veronic. fœnic. Card. bened. Salv. Oxym. Scyll. Oxym. excal. D. Hertodt. Extr. Glyzyrrh. Polypod. quer. Persf. Ann. perpet. Ire. flo. Equidem nos non latet de præparantibus non omnes idem sentire, & plures illorum usum, tanquam nullius usus, rejicere; Verùm cum experientia constet, ita sæpe comparatos esse humores, ut minùs medici obsequantur intentioni, nisi convenienter præparati; præstat sane pro cujusq; qualitate humoris excessus prius corrigere, quàm non habitâ ratione molis, lapidem movere, sed parum promovere.

Quare præmissis præparantibus *naigôs* ad purgantia nos conferemus, quæ si Medici scopo unâ vice non satisfaciant, illa iterum atque iterum usurpare conveniet, cum semper paulatim educere, quam repentinâ & vehementi evacuatione naturam adgravare præstet, eleganter id innuente Fernelio l. i. M. M. p. m. 73. *ubi nos, inquit, multa sæpe latent, nullis indicis comprehensa, incognitam laborantis naturam expedit blandis sensim pharmacis explorare, non temere vehementioribus impetere & labefactare. Sit ergò talis vel alia formula.*

℞. Fol. fenn. s. s. ʒijß. Rhabar. elect. ʒjß. Agar. rec. trochis. ʒiß. fl. Cordial. aa. pj. fl. Helen. pij. Sem. Anis. fœnic. ana ʒß. Cinam. elect. ʒj.

Coq. in s. q. aq. tussilag. Colæ. ℞. ʒiij. adde Mann. C. ʒvj. ʒj Aq. Asthmat. ʒj. M.

S. Ausführend Brust-Träncklein auff 1. mal.

℞. Rad fœnic. Glyz. ana ʒij. Ire. flo. Helen. ana. ʒj.

Summ. Agerat. veron Marrub. fl. farfar. ana. pj.

Passul. minor. ℥℞. fol. senn. elect. ʒvj.

Rhabar. elect. Agaric. rec. trochis. ana. ʒj.

Gialap resinof. ʒiiss. Sem. Anis. foenic. ana ʒj.

Cinamom acut. ℥ij. Cremor. Tart. ʒj℞. spec. incis. ʒ℞.

S. Species zum purgier Wein.

Cœterum egregiam & hic præstant opem *Diaphoretica*, in mutando corporique reconciliando sanguine potentissima. docente Celeberr. *Maurit. Hoffmann. disp. 23. Prudent. Medic. coroll. 1*. Hæc enim malitiosas sanguinis partes, quæ fermenti instar se multiplicant, suaque præsentia advenientes in confortium trahunt, in infinitas, minimas, adeoque invalidas atomos ad exteriora distrahendo, eliminant. Inservire hic possunt, *Decoët. lign. Guajac. Sassafr. Sarsapa. Chin. Ess. lignor. Extr. Angelic. Scorzoner. Card. bened. Lign. Guaj. Aq. fl. Sambuc. fumar. Card. bened. sp. Serpill. sp. C.C. rectific. Sal. volat. prop. imprægnat. Sp. Theriac. Camphor. Mist. simpl. Diascord. Fracastor. Tr. Bez. Mich. Cathol. sudorifer. Rolsinc. Chim. in art. formam. redact. l. 4. s. 4. c. 12. descript. p. C.C. ph. prepar. ʒium diaph. Bezoard. min. s. ʒral.* Nec reticenda polychrest *Solis Tr. Nobiliss. Ampliss. & Excell D.D. Tackii, Archiatri & Profess. Primarii longè famigeratiss. Promotoris, Fautorisque omni observantiâ colendi, præterquam enim quod mirum in modum omnia viscera confortat, suavissima diaphoresi Massam sanguinis ut in plerisque morbis, ita & in catarrho depurat ac reficit.*

℞. Aq. fl. Sambuc. borrag. fumar. ana. ʒj.

Mistur f. ℥℞. Extr. Angel gr. vj.

Sp. C.C. Sale volat impr. gt iv.

Syrup. de Card. bened. ʒ℞. M.

S. Schwitz-Trancé auff 1. mal.

℞. ʒii diaph. rite præpar. gr. xv.

Bezoard. ʒial. gr. vj M.

S. Schwitz-Pulver auff 1. mal.

Non minorem laudem merentur *Diuretica*: Serum enim in massâ sanguineâ superfluum per vias Urinarias commodissime evacuant experientia subscribente: *Infans, inquit, Dn. D. Wedelius Medicinæ nunc Profess. Jenens. Clariss. dissertat. de*

*Tussic. 16. p. 32. Catarrho & tussi laborans, nulla salutis spe illucescente ab aliis medētis circa regionem renum inunctus fuit Ol. scorpionum. inde urina liberiores fluxere & tussis cessavit. Materia horum sunt: Rad. ʒ. aperient. vincetox. levistic. Sem. Sulphr. calid. major. Spir. Sal. Nitr., Sp. tartar. comp. Sp. aperit. Penott, clyss. mineral. Sal oleos. D. Sylvii. ononid. stip. fabar. Genist, Sal volat. succ. Sal. prunell. Magist. ocul. ʒ. ʒ. Ess. ocul ʒ. ʒ. & c.*

℞ Aq. fœnic. ononid. ana. ʒvj.

Spir. Tartar gt. viij Ess. ocul. ʒ. ʒ. ʒj M.

S. Harntreibendes Wasser auff 1. mal.

℞ Sal. stip. fabar. Genist. ana: gr. vj Magist. Lapid. ʒ. ʒ. gr. xij M.

S. Urinreibendes Pulver auff etnmal.

Confer sæpius laudatum Schneid. l. 4. de Catarrh. c. 4. & Frid. Hoffmann. l. 1. M. M. cap. 12. ubi plura huc facientia invenire licet.

Medicamenta tandem corroborantia hisce associanda sunt; hæc enim naturam compositis fluctibus animabunt, ut proprio Marte postmodum ab impuritatibus morboſis sese liberet. Felix namque medicatio, cui adjutrix natura succurrit: verbis Fernel. l. 1. M. M. c. l. sequens itaque confortans in forma Electuar. inservire potest.

℞. Conf. ros. rubr. Violar. ana. ʒjʒ. Betonic. ʒʒ.

Confect Alker. compl. ʒjʒ. Spec. diamarg. frig. ʒj.

Diamb. ʒʒ. fl. Citri conditor. ʒiʒ.

Spir. rosar. lilior. convall. ana gt. xij. M. f. c. f. q Syrup.

fl. Tunic. l. a. Electuar. D.

S. Sterckende Latwerg / des Tages 2. oder 3. mal einer Kastanien groß zu nemen.

℞. Spec. pulv. March. ʒiʒ. diatrag. frig. ʒʒ.

Succ. præpar. ʒj. c. f. q. sacch. in aq. ferpill. & Betonic. Solut. f. l. a. Rotulæ D. S. Fluß. Röchlein.

Harum tres, vel quatuor sæpiuscule sumantur.

## Diætam proponit.

**R**estat tandem, ut paucissimis etiam ea, quæ circa *Diætam* observanda veniunt, subjiciamus. Hæc verò decenti, ac legitimo sex rerum non naturalium absolvitur usu. *Vitalis* moderatam aëris caliditatem & puritatem desiderant, quæ si natura haberi nequeant, artificiosis suffimigiis ex aromatibus & resinis convenientibus compositis sunt conciliandæ: A ventis australibus boreæque afflatibus ac lunæ radiis sibi catarthis obnoxii diligenter caveant, corpusque tegumentis bene muniant:

*Naturalis diæta* cibum εὐπεπτον καὶ εὐχυμον præscribit, eoque moderatè uti jubet, ut tantò felicius in succum & sanguinem laudabilem converti queat: Ubi stomachi calor debilis, aliquantisper condiatur aromatibus, *Cinamom. Croc. zzb. Cortic. Citr. bacc. junip. rosmar. Salv. Major. alisque.* Panem eligat benè fermentatum, sem anif. fœnicul. cumin. conditum, vitet cibos crassos, viscidos, fumo induratos, lacticina, fructus ωγαίης: Ex piscibus saxatiles, lucii, percæ, funduli conceduntur, qui alimentum præbent non facilis duntaxat coctionis, verum & vescentibus saluberrimum: attestante *Bruyerin. de reb. cibar. l. 14. c. 4.*

Potus sit cerevisia benè cocta, ac probè defæcata, convenit etiam vinum ὀλιγοφόρον vinum Helenit. Hyssop. Rosmarinarum commendat Melch. Sebitz. *Spec. Medic. pract. cap. de Catarrh.* utile quoque est decoctum hordei c. passul. ubique tamen temperantiæ leges observentur: In animali somnus & vigilia servant mediocritatem: juxta monitū *Hipp. 1. aph. 3.* consuetudinis etiam ratio habenda venit, magna enim hujus vis tam in sanitatis conservatione, quam in morborum curatione existit. Hinc si senem languidum exercitatum & juvenem robustum dissuetum consideres, videbis senem facilius laborem tolerare, ut loquitur *Roder. à Castro Med. polit. l. 1. c. 13. p. m. 102.* Nosse etiam oportet vitæ genus; prævalet & interdum proprietas naturæ, verbis *Nobiliss. D. Schneider. l. 5. c. 2. de Catarrh.*

75. Motus & quies convenienter quoque se habeant oportet; præstat tamen sæpiusculè, sed moderatè moveri, quam otio diffluere. Excretorum & retentorum quoque ratio tenenda, proinde alvus, ubi ingestis non responderit, clysteribus vel aliis medicamentis lenientibus officii sui admo-  
neatur. Animi tandem pathemata dictamen rectæ rationis sequantur, iram præsertim mœstitiam atque timorem superet moderatum gaudium. Faustè siquidem colitur vita, bene hoc inculcante ænigmatiste Pythagorâ: τὸ μὴ φορεῖν σενὸν δακτύλιον, καὶ μὴ ἔσθιεν καρδίαν: nec arctum annulum gerendo, neque cor rodendo.

Et hæc de præsentii affectu sufficiant: quod si haud satisfeci in omnibus, excusabit me rei ipsius difficultas, quæ vel optima ingenia hæctenus non parum exercuit. Interea tibi ò cœlestis Archiater & veræ πανακείας Parens, pro immensâ tuâ gratiâ, quâ conatum hunc meum juvare es dignatus, æternas ago gratias &

Quod concessisti, Tibi gratus reddo *talentum*,  
Si quid laudis inest, laudis id omne Tuæ !!





## COROLLARIA.

1. *An in Catarrho suffocativo conducant opiata? D.*
2. *An in eod. Affectu Emplastra suspensoria profint? A.*
3. *An in detruncatione colli S. Apost. Pauli effluxus lactis ortus ex lesione ductus thoracici. N.*
4. *An in febb. malignis purgatio & V. S. locum habeant? A.*
5. *An retrocedentibus Variolis conveniat purgatio? Aff. Kerckring.*
6. *Sitis subjectum primarium sunt fauces.*
7. *Lactis usum longævitati infantum obstare, non arbitramur.*
8. *Tumulorum apertio uti impia, ita quoque periculosa est.*
9. *An dentur Clysteres nutrientes? Affirm.*
10. *Scarificatio menstrua vitam non abbreviat, uti quidam arbitrantur,*

**Q**ui multis adfert incommoda plura CA-  
TARRHUS,

Claudit & impulsô sanguine, Vocis iter.  
Hic in Te, (mirum!) planè contraria præstat:  
En! facili spiras pectore, verba fluunt!  
His, HERTI, felix studiis, audentior ibis,  
Quò tua Te virtus, quò Medicina vocat,  
JOVA tuos semper sic adjuvet ipse labores,  
Ut sperata ægris affluat inde salus,  
Et mox liberiùs spiret, cessante Catarrho,  
HERTIADIS medicam quisquis anhelat  
opem?

*Per Eximio atq; Præstantissimo*  
Dn. JOHANN. CHRISTOPH. HERT,  
*Medicin. Candidato dignissimo,*  
*hac προσφωνήσδ dudum promeritâ,*  
*benevolam mentem contestari voluit*

Laurentius Strauß / Med. D.  
hujusq; & Phys. Prof. Ord.

**D**ifferis egregiè de suffocante Catarrho  
HERTHI, Mularum gloria, noster Amor!  
*Auguror: Et prima Tu suffocabis in herba*  
*Peccati germen, cordosa depopulans.*

*Nobil. Dn. Candidato Herthio, Amico estimatissimo & conjunctissimo edi-*  
*tis in Celeberrimarum Germaniæ Academiarum Triga, Gissensi, Le-*  
*nonsi, Tubingensi, luculētis ingenii pulchri, eruditionis solidæ speci-*  
*minib<sup>o</sup>, in dicta Ludoviciana inclyta pro Licentia Medica ἐπαινετῶς*  
*disputanti affectum magnum Epigrammate parvo contestatur, fe-*  
*licitatem praxeos omnemque bonorum omnium affluentiam, le-*  
*nō & animitus adprecatus*

Iustus Erider Dillenius



**H**ostili humorum lapsu cum voce jacentem  
Præclusâ, quis non mente stupente videt?  
Rem facis eximio quæ sit dignissima cive,  
Cum quæris tanti vim seriemq; mali.

*Boni ominis causa Fratri  
germano occinebat.*

Joh. Nicolaus Hert/  
LL. Stud.

---

**E**N Tibi promeritos nunc conciliavit honores  
Et labor, & virtus ingeniumque probum?  
Quæis felix multos ut abinde fruaris in annos  
Nominis ac vigeas perpete laude Tui:  
Hoc est pura animi Tibi mente quod apprecor unum:  
His tandem societ summa brabæa Deus.

*Pauca hæc in honorem Nobiliss. Dn Candidati  
Cognati sui dilectissimi apponebat*

Johann Melchior Lucius,  
L. L. Stud.

